Lond. 1816 4.) titulorum Cumbricorum eo tempore plenam et accuratam exhibent (p. CXLIX ss.). Non citavi, ut par erat, quae ex Camdeno et Horsleio in suum opus transtulerunt; reliqua adhibui religiose. Etiam quae de viis et stationibus Romanis Cumbriae in eorum opere exposuit Guil. *Bennet,* episcopus *of Cloyne* (vixit a. 1745—1820; p. CXXIX ss.), profuerunt.

11. Sam. JEFFERSON (*the history and antiquities of Cumberland, Leath Ward and Allerdale Ward.* Carlisle 1842 8.; cf. Halliwells *Archaeologist* I 1, 1847 p. 255 s.) pauca habet utilia (n. 322. 324).

12. Guil. WHELLAN (*the history and topography of the counties of Cumberland and Westmoreland* cet. Pontrefact 1860 4.) titulos aliquot refert alibi nondum editos.

13. Nuperrime (a. 1870) condita est societas antiquariorum Cumberlandiae et Westmorelandiae, cui praeest Iac. SIMPSON vir reverendus (*of Kirkby Stephen*); prodiit transactionum eius prior pars (pp. 80 8.); quae inde attuli Brucio debeo.

Addidi titulum singularem repertum ad castellum *Armthwaite* (olim *Armanthwayte*) inter *Carlisle* fere et *Hesket* situm (n. 332), quem scriptores duo in *the gentlemans magazine* et Lysons servaverunt; qui ad quodnam oppidum castellumve Romanum pertineat velim edoceri. Prodiit ibi prope etiam miliarium Constantini infra edendum. Fragmentum n. 334 propter situm etiam capiti XXXII (*Moresby*) attribui poterat aut capiti XXVII (*Watercrook* prope *Kendal*); videtur autem ibi situm fuisse castellum aliquod singulare.

Ego titulorum huius capitis unum tantum vidi, cum delatus est in museum publicum Mancuniense (n. 318). In *Keswick* oppido musea privata erant *Huttonis* (cf. n. 318. 322. 324, de quo museo cf. Hutchinson *Cumberl.* 2 p. 155 ss.) et *the Crossthwaite museum* (n. 350 *a*), quod etiam ibi fuit ante aliquot annos (Bruce *wall* p. 364). Dum haec inprimuntur ab Augusto W. Franks certior factus sum venisse nuper *the Crossthwaite museum* indeque in museum Britannicum delatum esse fragmentum n. 322. Idem mihi descripsit arulas duas, repertam alteram in *Kirkbride* (n. 333), alteram (n. 335) incertae originis ex museo *Crossthwaite*, quas hic collocare commodissimum visum est.

314 *Plumpton* prope *Penrith;* servabatur apud *Captain Dalston.*

DEO SAN
CTO BEL
TVCA
ARAM

R. Gough in schedis Oxon. '*shewn to the Society of Antiquaries 1771 by Mr. Tunstall*' (inde Archaeologia 3, 1786 p. 104; Goughs Camden 3 p. 444); ex schedis societatis archaeologicae mihi descripsit Knight Watson.

315 *Old Penreth,* nuper (1732) rep., *built up in an inclosure.*

I O M
ET G · DD
NN PHI
LIPPORV
AVGG·COH
GALLO

Horsley p. 275 *Cumberl.* 52 *a* (inde Warburton vallum p. 119, 52 *a*; Nicholson et Burn 2 p. 423; Goughs Camden 3 p. 444 tab. 23 fig. 7; Hutchinson 1 p. 486; Jefferson *Cumberl.* 1 p. 464). Cf. n. 317.

I(ovi) o(ptimo) m(aximo) et g(enio) d(ominorum) n(ostrorum) Philipporu Aug(ustorum) coh(ors) [II] Gallo[rum equitata . . . .]

316 *Plumpton near Penrith,* nuper rep. et servata apud *Captain Dalston.*

IN H·DD·IOM D
VETVSTÆ CO
AVRELVS AT
IIII

R. Gough in schedis Oxon. '*shewn to the Society of Antiquaries 1771 by Mr. Tunstall*'; ex schedis societatis eius misit Knight Watson.

In h(onorem) d(omus) d(ivinae) I(ovi) o(ptimo) m(aximo) D(olicheno) [aedem] vetustate co[nlapsam] Aurel[i]us At[tianus praef(ectus) c]o[h(ortis)] II [Gallorum restituit?]

317 *Old Penreth* HORSL. *Lough* prope *Old Perith* POC. *Plumpton* NICHOLS. Servabatur apud *Captain Dalston.*

I · O M
C O H
II · GAL EQ
T DOMTI
VS HERoN
D NICOMEDIA
PRAEF

Horsley p. 275 *Cumberl.* 52 (inde Warburton vallum p. 119, 52; Goughs Camden 3 p. 444 tab. 23 fig. 5, qui etiam habuit ab Tunstall; Hutchinson 1 p. 485; Jefferson *Cumberl.* 1 p. 464; Newton p. 113, 69); Pococke cod. mus. Brit. *add. ms.* 15800 f. 36 *b*; Nicholson et Burn 2 p. 423.

4 IDOMIT Poc. 6 *d(e) Nicomedia* Horsl. male. 7 PREF Nichols.

I(ovi) o(ptimo) m(aximo) coh(ors) II Gal(lorum) eq(uitata). T. Dom[i]tius Heron d(omo) Nicomedia praef(ectus)

318 *Plumpton wall,* ara rep. a. 1783 (1789 GOUGH); servabatur *at Mr. Huttons Museum at Keswick* LYS. Deinde Mancunii (*Manchester*) erat in museo urbano (*the City Museum*), ubi vidi; inde a. 1868 pervenit in museum Britannicum, ubi iam extat. Litterae videntur esse saeculi tertii circiter medii.

DEO
MARTI
BELATVCAD
RO ET NVMI
NIB AVGG
IVLIVS AV
GVSTALIS
ACTOR IVL LV
PI PRAEF

Contuli et ectypum accepi ab A. W. Franks. Archaeologia 9, 1789 p. 220 tab. 17 fig. *a*; 'Peregrinator' *gent. mag.* 60, 1790 p. 983 tab. 3 fig. 1 et F. S. Scarisbing ibid. p. 1092; R. Gough Archaeologia 10, 1792 p. 118 (inde Lysons *Cumberl.* p. 153, 37; Jefferson *Cumberl.* 1 p. 464; Newton p. 118, 116; Henzen 5879); Bruce *wall* p. 394.

8. 9 IVLIVPI Lysons, inde *Iuli(i) Pi(i)* Henz., *Iuli V[er]i* Momms.; verum primus dedit Bruce. Praefectum puta cohortis II Gallorum. 9 PREF reliqui omnes; sed A perparva etiam in ectypo discernitur.

Deo Marti Belatucadro et numinib(us) Aug(ustorum) Iulius Augustalis actor Iul(ii) Lupi praef(ecti)

319 *Lough, a part of Plunton wall, close by the station of Old Penreth* nuper rep. (1732) et servata tum *at Great Salkeld in the garden of the Rev. Dr. Fleming dean of Carlisle.* Litterae dicuntur esse clarae lectioque omnino certa.

DEABVS M ATRIBVS T RAMARNIS
ET N IMP ALEX XANDR · AV G ET IVL MAM
MEAE MATR A VG N ET C ASTRORVM TO
TI DO V DVINAE
IATIO MR

Horsley p. 274 *Cumberl.* 51 cf. p. 351 et praef. p. XX (inde Warburton vallum p. 117, 61; Nicholson et Burn 2 p. 422; Goughs Camden 3 p. 444 tab. 23 fig. 4; Jefferson *Cumberl.* 1 p. 464; Grotefend *Bonner Jahrb.* 18, 1852 p. 239; Henzen 5940).

V. 4 in fine puto Horsleium nimis diligentem fuisse in legendo, cum E illam cum N coniunctam proponeret; in lapide enim videtur fuisse DVINAE. 5 in fine latet fortasse *vexillationis* alicuius memoria.

Deabus matribus tramarinis et n(umini) imp(eratoris) Alexandri Aug(usti) et Iul(iae) Mammeae matr(is) Aug(usti) n(ostri) et castrorum toti[que] domui divin[ae] . . . . iatio . . .

320 *Old Penreth,* ara parva.

DEO
MOGTI

Horsley p. 275 *Cumberl.* 53 (inde Warburton vallum p. 119, 53; Nicholson et Burn 2 p. 423; Goughs Camden 3 p. 444 tab. 13 fig. 6; Jefferson *Cumberl.* 1 p. 464).

Deo Mog[on]ti